

THOMÆ MAULII CON-  
SILIARI ET PRÆFECTI CO-  
mitatus Solmeio-Greiffen-  
steinensis,

*Expositio Constitutionis Imperii*


PIGNERATIONIS,

Von

**Psandungen**

In qua requisita huius constitutionis, itemque processus  
& eventus ejus judicii, ex ipsa constitutione, Camerae  
Imperialis ordinatione, ejusque dubiis, visitationi-  
bus atque Deputatorum Recessibus,  
diligenter & accurate ex-  
ponuntur:

*Cum utilibus & necessariis observationibus Gaylii, Mynsingeri, Frideri,  
Schvvanenmannii & aliorum, qui de constitutionibus Im-  
perii & processibus atque negociis Camerae  
Imperialis scripserunt.*



FRANCOFVRTI,  
Prostat apud Iohannem Fridericum Weissium.

---

Anno MDCXXXV.



Duce Christo.

DE MANDATIS SVPER  
CONSTITVTIONE PIGNE-  
rationum & captiuorum.

TITVLVS I.

DE CONSTITVTIONE PI-  
gnerationis in genere.

I. **S**VMMA huius constitutionis est, vt p. 1. Ordin. tit. 12. ex-  
tat, ne quis imperio immediatè subiectus, vel per se, vel  
per suos alium immediate imperio subiectum vel illius  
subditos pigneret vel capiat, vlla de causa, exceptâ cri-  
minis causâ, & secus si fiat, vt Camera Imperialis pigno-  
rato, officium iudicis imploranti, mandatum sine clau-  
sula decernat, de facienda in continenti restitutione vel  
relaxatione, sub solita cautione non vlciscendi, sique rursus, si sic iudicatum  
fuerit, sistendi, & annexat citationem ad docendum de partitione & articulan-  
dum de iure pignerandi, capiendiue, vel videndum, se declarari in pœnam  
mandati, dehinc in Camera tum ipsum pignerandi vel capiendi ius, tum pœnæ  
commisæ quæstio decidatur, & si patet, pignorantem iure pignerasse vel ce-  
pisse, tum is pignora restituta, captiuosue relaxatos, cum expensis recipiat, salua  
actione principali vtrique parti suo loco proponenda: *Dasß keiner dem Reich  
ohne Mittel vnderworffen/durch si h selbst/oder die seinigen /einen andern/ der  
dem Reich gleicher gestalt vnderworffen / oder die seinen psänden vntersahen soll  
vnter keinerley Ursachen willen/allein Male si sachen aufgenommen/ vnd da hter.*